UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Aqueductibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

LEX IIII.

IQua. In loco, in quo imagines principis conserantur non debent fieri spectacula turpia, puta corporis, vel vestis verecunde in alijs locis, non prohibetur.

LEX V.

NEmo. Nullus iudex debet festiuitates ciuitatis impedire, animalia necessaria ad ludos tollendo vel aliud faciendo, per quod impediatur publica festiuitas, cõtrafaciens, vt violator legis in libris quinquaginta punit h.d. Et no. cõtra iudices tollentes equos deputatos ad currendũ
1 ad pallium, de quo dic vt in ista gl. ¶ Et nota istam legem[a] contra
a eos qui ragatios existentes super equos currentes ad brauium impediunt, faciendo eos ire ad alium locum, expauendo equum currentem ad brauium, vel faciendo eũ cadere, vel equum ne currat, quod punitur tanquam legis violator, vt hic.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Adde idem esse in creditore prostituente ancillam sibi datam in pignus. l. eleganter. §. fin. ff. de pig. ac. & in prostituente illam quam redemit ab hostibus. l. fidissime ff. de capt. & no. gl. in d. §. fi. in glo. fi.

LEX VI.

LEnones. Si patres vel domini filiabus vel ancillis peccandi necessitates imponunt priuantur dominio, & patria potestate, & possunt dicte filie vel ancille adire defensorem, vel episcopum, vt eas liberet a tali miseria, & si insistunt faciendo eas peccare, puniuntur pena huius legis. h.d. & nc. hanc legem contra patres prostitui permittentes filias. nota contra lenones, qui tenent mulieres in prostibulo contra earum voluntatem.

ADDITIO.

1 ¶ Nota ex ista lege casum, in quo pater cogitur filium emancipare. Sunt & alij casus, qui notantur Insti. quib. mo. ius pa. po. sol. §. fi. & l. non potest de adopt. & in auth. qui. mo. na. effi. sui. §. generaliter col. vij. facit. ¶. de epi. & cle. l. si lenones.

* ¶ Emancipare, adde Spec. in tit. de adul. versi. porro.*

De expensis publicorum ludorum. Rub. XLI.

LEX VNICA.

CUm. Pecunia deputata ad spectacula, ad refectiones murorum potest conuerti, at ipsis conuersis causa pristina remanet firma.
1 h.d. ¶ No. ex hac lege quod pecunia deputata ad vsum voluptuarium absque permissu Principis, potest conuerti ex causa in vsum necessarium. secus si esset deputata ad vsum necessarium, vt vidistis in l. ij. supra
2 de his que ex pu. collatio. ¶ Ultimo no. quod quando pecunia ex causa deputata in vnũ vsum conuertitur in alium, quod finito illo vsu remanet pecunia deputata vsui primo. quod not.

De aquæductibus. Rub. XLII.

LEX I.

AQuarum. Illi, per quorum prædia aqua publica transit, a sordidis muneribus sunt immunes. Sed aqueductũ foueas purgare tenentur, & si fuerint negligentes eorum prædia publicantur. Item inter dextram & sinistram locorum, per quos talis aqueductus decurrit, debet esse latitudo xv. pedum. & si in dicta latitudine arbores pullulauerint, sunt excidẽdæ. h.d. ¶ Et no. hic de dextra & sini
1 stra. ¶ Item no. quod quando publicus aqueductus pertransit per locum priuatum, semper talis aqueductus debet habere
a locum xv. pedum,[a] in quo nulle sint arbores. Sed si aliquæ nascãtur, excidi debent. Si vero per publicum locum facit transitus, de
2 bet esse latitudo decem pedum, vt j. l. omnis. §. super his. ¶ Itẽ no. quod præsumptio iuris est quod arbor radices mittat extensas per xxv. pedes.

ADDITIO.

a ¶ Debet habere locum quindecim pedum. Adde Spec. in ti. de causa pos. & propzie. §. iij. ver. est insuper.

LEX II.

IQuis. Deriuans aquam ex publico aqueductu ad fundum suum, priuatur fundo. h.d.

LEX III.

NOs. Habens authoritatem ducendi aquam de publico aqueductu, debet ipsam ducere per castellum, vel aliud paruum foramen, ne fistule matrices corrũpãtur, cõtrafaciẽs officium perdit & beneficiũ, & punitur corpo
1 re. hoc dicit. ¶ No. quod abutentes suo beneficio perdunt ipsum, & quod hoc casu beneficium principis stricte interpretatur, alias contra ¶. de bo. vacan. l. si quando. ff. de consti. princi. l. beneficium.

LEX IIII.

VSum. Ius hauriendi aquas vel eam vertendi de publico aqueductu non turbatur, si tanto tempore quis est vsus quod eius contrarij memoria non existat. ¶ Item rigantes agros vel hortos furtiuo modo publi-
1 ca aqua, aqueductu priuantur, hoc dicit. ¶ Nota hic vsum aque ducende posse prescribi tanto tempore quo eius contrarij memoria non existat, longo autem tempore prescribitur, vt j. eo. dili-
a gentes.[a] ¶ Not. legem istam contra illos qui habent priuile-
2 gium nimis largum de aliquo faciendo, & illo priuilegio vtuntur multum stricte, quia non poterunt postea eo vti magis large
b quam fuerunt vti.[b]

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Hoc dictum facit contra id quod no. Bar. in l. in filijs de decurionibus. & ibi scripsi. Et sic priuilegium per actum contrarium tollitur.

b ALEX. ¶ De quo per Bar. in l. fi. ver. quero quanto tempore. ff. de consti. prin. Adde etiam quod no. Bart. per illum tex. in l. j. de his qui sponte munera sub. li. x. & Arch. xxv. q. ij. in summa. per Bar. in l. iij. de decu. per illum tex. & per doc. in c. fi. de consue. in vj. & Jo. And. in c. ij. de immu. eccles. & in c. suggestum. de decimis. & quanto tempore amittatur priuilegium per actum contrarium, dixi in l. j. ¶. de his qui sponte mune. sub.

LEX V.

IQuis. Habens beneficium ducendi aquam ex publico aqueductu, debet ipsum intimare præfecto, non alij. & ille qui contra fecit, in quinquaginta libris auri punitur. Et si aqua in tantum abundat quod sufficit ciuitati, totũ superfluũ dz diuidi inter eos quibus priuilegiũ
1 est concessum ducendi aquam hoc dicit. ¶ Et no. diligenter responsum huius legis ex quo habes quod quando pluribus conceditur ius hauriendi aquam simul, quod ille haustus aque de-
a bet diuidi inter eos pro motu iudicis.[a] quod bene not. ¶ Ul-
2 timo nota ex principio huius legis quod iudex, qui se intromittit
3 de officio, quod non pertinet ad se punitur acriter. ¶ Nota hic quod præsentatio rescripti facta coram iudice incompetenti, pri-
b uat me vti posse coram iudice competenti, effectu dicti rescripti.[b]
4 ¶ Item nota quod si de frumento huius cõmunis Perusij alicui debet tribui certa quantitas annalis, quod tunc debet tribui quando de frumento superest, per hanc legem.

ADDITIONES.

a ¶ Judicis. Adde Bal. in rit. de pa. Const. §. nos Romanorum. in fi. ver. no. quod interdum.

b ALEX. ¶ Et dicit Roma. in l. pe. no. l. xx. quod hec præsentatio facit præsumi rescriptum surreptitium, vt hic, coniuncta gl. & de Rom. in no. pen. litera. c. vbi dicit quod ex præsentatione rescripti perpetuatur iurisdictio. alle. Jun. & Host. in cap. ex conquestione de resti. spo.

LEX VI.

OMnis. Seruitus priuata aque ducẽde ad alia loca priuata ex aqueductu palatij Adriani, cetiã per rescriptũ est prohibita, contra faciens in centũ libris auri punitur & debet esse latitudo aqueductus predicti decem pedum, munda omnibus arboribus. Et sicut præfectus foramen dicti aqueductus fieri fecit, ita faciet obseruare. Item præfectus predictus potest domos, & prædia priuatorum ingredi, ac inquirere an aliquis subtrahat dictam aquam. Nota ex ver. super
1 his. illa verba ex vtroque latere, &c. ¶ Ultimo. not. quod quando officiales ciuitatis timẽt ne in aliqua domo aliquod maleficiũ cõ
2 mittat, licite & impune possunt ingredi, & inspicere an ibi fiat ma
a leficia, facit l. mãcipia. §. de ser. fugi. ¶ In gl. siue ex certa scientia[a]. No. bene hanc gl. que tenet quod licet lex expresse prohibeat qd rescriptum Principis concessum super tali negotio, etiam ex certa scientia, non valet ipso iure tamen si princeps rescribit, & in rescripto dicit non obstante tali l. valet.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ De hac clausula vide gl. magistram in auth. de her. & Bart. Secunda super Cod.

Hal. in gl. j. & doc. in l. ā. si contra ius vel vtili. pu. per Bar, in extrana. ad reprimendum in verbo, non obstantibus. Bald. & doc. in l. sed & si quis. §. quesitum. ff. si quis cau. per Bar. & doc. in l. si quis in principio testa. de leg. iij. per Bal. in l. humanum. ē. de leg. per Bal. & doc. in l. sancimus. de test. per Bal. & doc. in l. nemo potest. de leg. j. & per Ayet. Instit. de act. in §. in bonefidei, & in l. si constat. de appel.

LEX VII.

A Dreparationem. Pecunia redacta ex vectigalib⁹ p̄ reparatione aqueductus debet expendi, eam dando operariis aqueductus, & habentes ius ducendi aquam ex publico aqueductu, nihil soluere tenentur fisco ex eo, h. d. Et no. qō turpe esset ciuitati vendere aquam.

LEX VIII.

H Aclege. Prefectus conuertens aurum aqueductus deputati ad aliquod opus, de suo resarcire debet, & aurum predictum marca separata ab alia deponi. h. d. Et nota hanc legem pro his que dicta sunt ē. de his que ex publi. ratio. l. ij.

LEX IX.

D Iligenter. Fons public⁹ ab initio, vel ex post facto publicus effectus, vsui priuatorum non applicabitur, ex rescripto etiam super hoc impetrato. & super hoc non obstat reipublice prescriptio longi temporis, h. d. ¶ Et sic non obstat supra eodem. l. vsum aque. vbi vsus aque ducende etiam ex publico prescribitur. quod verum est tanto tempore, cuius memoria non existit, sed non longo tempore, vel hic loquitur in aqueductu publico solito⁹ stare vsui priuato. Sed prima placet, vt vidisti in contrarium.

LEX X.

D Ecernimus. Nullus debet ex fonte publico, aut ex paruis riuis, q̄ minuscularia appellantur, aquam subtrahere, & contrafaciens ipsam restituere tenetur publicis aqueductibus. Item iuxta publicos aqueductus nullus plantare arbores potest, ne aqueductui publico noceant, contra facientium predia publicantur, ad que deriuata aqua fuerit, & arbores fuerint plantate & dicta pena non remittitur etiam per sacros apices. Item custodes dictarum aquarum de nomine Principis signantur in manibus vt recognoscantur, & non trahantur ad alium vsum, & non teneantur hi ad angaria, vel perāgaria, & si aliquis ipsorum decesserit, in eius locum alius est subrogandus cuī impressione dictorum signorum, h. d. vide ver. viuerios. No. hunc ver. pro eo quod vidisti ē. de fabric. l. stigmata. & etiā ē. eo. l. omnis seruitus. de eo qui habet vnum nomen, & alio nomine nuncupatur.

1 ¶ Item no. de verbo iuxta. ¶ Nam si res distat ab alia per de
a cem pedes, non dicitur iuxta eam vt ē. eo. l. omnis. Pro quo vide. ff. de ser. vrb. pred. l. quidam Iberus.

ADDITIO.

a ¶ Iuxta. De quo verbo vide tu late per Fel. in capi. ex parte. de rescr. in versic. in clausula. si preses. & in capitu. quia indicante. de prescr. circa finem. & quod dixi in apostil. in d. c. ex parte. in loco. ē. allegato. ¶ Tu vide de hoc verbo Bal. in l. j. numer. j. & quod posui in apostl. in versic. de dictione. iuxta. C. de episc. & cle. dixi post Jac. Rebuf. hic numer. j. in ver. iuxta no. Nicol. in l. admonendi. ff. de iureiuran. Oldra. cons. xlix. alias cviij. inc. in confessione cuiusdam doc. & Alex. cons. viij. volu. iiij.

LEX XI.

a D Iuinam. [a] Hec lex confirmat precedētes, scilicet quod nulli licet aquam ducere de publico aqueductu & imponit alias penas scī illas que per leges precedentes imponuntur. Et no. etiam hanc legem quod quando lex sequens imponit maiorem penam quam leges precedentes pro eodem delicto quod habet locum pena vltime legis. & etiam precedentis. quod est verum, quando lex sequens confirmat legem precedentem, vt hic, alias secus, quia reus puniri non debet duabus legibus pro eodem crimine, vt l. qui sepulchra. supra de sepul. viola. & ff. de accusa. l. senatus.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Vide Bar. in l. sanctio. de penis. & aliquid dixi post Bar. in l. senatus. eodem titu.

De venatione ferarum. Rubr. XLIIII.

LEX VNICA.

O Ccidendorum. In isto titu. vult dicere quod quando iste hostie fere capiuntur per duces militum, & conducuntur per aliquam ciuitatem, vel comitatum non debent ibidem morari vltra septem dies. & not. hic de comitatu.

1 ¶ Nota. quod ille dicitur rem ducere ad domum vel ad ciuitatem, qui ducit intra. de quo dixi plenius in l. j. de naufra.

De agricolis & censitis Rubr. XLVII.

1 ¶ In gloss. rubrice ibi, adiectiuantur. not. quod vbi ponuntur duo substantiua in oratione idem importantia, quod vnum ipsorum adiectiuatur per figuram endiadis, vt. in exemplo Virgi. Arma virumque cano, id est. armatum virum, scilicet Eneam.

LEX I.

2 ☞ In ius vocari potest tempore feriarū messium vel vindemiarum, non occupatus circa messes, vel vindemias.

N Anquam. Tempore quo agricola insistit sectionibus, adest messis vel vindemie, non vocatur ad munera extraordinaria. hoc dicit. Hec lex de consuetudine obseruatur in Italia in rusticis, & colonis nostri temporis. ¶ Et est ratio, quia tales colōi non sunt cē
1 siti, vel alio modo terre adstricti. & est argumen. huius. l. a contra
a rio sensu quod est validum quandoque, [a] vt j. titu. q. l. ij. quod non occupatus ad messes, vel vindemias possit vocari in ius tempore dictarum feriarum, sicut hic agricole vocantur ad munera tēpore messis, & vindemie quando non insistunt terre de quo not.
2 per gloss. in l. j. ff. de fer. & hoc in gloss. ¶ Ad euidentiam autem scias quod illa dicuntur munera extraordinaria que non indicūtur lege, vel senatusconsulto, vel constitutione principum, & istud est infallibile, quandoque tamen licet indicantur lege, non sunt munera ordinaria. vt puta si indicantur per. l. ob necessitatem ob uenientem, illud enim munus ordinarium est quod per legem & senatusconsultum, vel constitutiones principum indicitur tempore ordinato, puta de anno in annum, de quinquennio in quinquen
3 nium, vt ē. de vac. mu. l. j. & deinde. l. j. de superind. l. j. ¶ In ea. gl. in i
cum clerici prestant not. clericos prestare debere canonicas fun
4 ctiones de quo in l. placet. hic alle. ¶ In eadem gl. ibi, nec enim semper. no. ex hac particula quod argumentum a contrario sensu nō est semper validum in iure, In ea. ibi que sunt contra. Sol. Specia
5 le est in casibus illarum legum. & sic non ob. ibi. ¶ In ead. gl. in fi. no. quod immunis a muneribus si quod subit sponte non obligatur muneribus alterius generis, siue ea subit sciens, siue igno
6 rās, de quo in l. pe. ē. de his qui spōte mu. sub. ¶ Itē gl. iniurus ibi ex vi vocabuli iunguntur not. ad statuta disponentia quod nullus trahat. Perusinum ad curiam ecclesiasticam sub tanta pena. Nam hoc non habet locum in trahente sponte sed multum quia hoc est vi verbi, vt hic not. & est etiam vtile ad questionem statuti dicentis quod quicunque abstraxerit sanguinem de manu dextra puniatur. Non enim punitur barbitonsor, qui trahit
b sanguinē a voluntario, & hec est q̄stio Ray. disputata Bononie. [b]

ADDITIONES.

a ¶ Quandoque. Et an, & quando. vide Fel. in c. j. j. distinc. & in capi. a nobis de senten. excom. ibi no. quod argumentum cum nonnullis remissionibus positis per me in apostil. in d. c. j. in distinct. ¶ Adde Anto. Cor. singu. suis in vers. argumentum & quod dixi post Buriel. de Cun. in l. conuenticulam nume. j. in ver. semper ergo concluditur. ē. de epi. & cleric.

b ALEX. ¶ Vide Bar. idem tenentem in l. omnes populi. in secta q. principa. & in l. non dubium. ff. de leg. & per Bal. in l. Bracch⁹. de adul. & in l. decuriones. in fi. de infam. & in auth. ingressi. de sacrosan. eccl. vbi dicit de medico, Jac. But. & doc. in l. quamuis. de in ius vocan. Ang. illud dictum limitat si ex causa ille fuit flobotomatus, secus si sine causa pateretur se percuti, quia tunc percussor teneretur arg. l. liber homo. la j. ad l. Aquil. Hoc idem voluit Bar. in l. j. §. vsque. adeo. ff. de iniurius. quem referunt & sequūtur moderni. in d. l. quamuis.

LEX